

39

DEO DUCE!
SPECIMEN ACADEMICUM

De

DOCTA IGNORANTIA,

Quod,

Cons. Ampl. Fac. Philos. in Reg. Acad. Aboensi,

Sub PRÆSIDEO

Viri Maxime Reverendi atque Celeberrimi

Dn. JOHANNIS BROWALLII,

S. S. Theol. Doct. ac Scient. Nat. Prof. Reg. & Ord.

Publica Bonorum disquisitioni modeste submittit

ANDREAS HÆLL,
OSTROBOTNIENSIS

Die XXV. Maji, Anni MDCCXLV.
Loco Horisqve Solitis

ABOM, Excid. JOH. KIÆMPE, Reg. Acad. Typogr.

A MONSIEUR
LAURENT JEAN
EHRENMALM,
GOUVERNEUR de la Province d' Abo.

Comme tous ceux, qui ont en partage la sagesse & la
vertu, sont heureux, les Grands hommes n'ont point
aussi de plus beaux ornementz, que ces belles qualitez. Ils
sont le plus precieux tresor, qu' ils puissent posseder & elles
ne peuvent etre chez eux sans communiquer heureusement leurs
raisons bienfaisans à ceux, qui ont l' honneur d' apprêter
leurs énérables Personnes, & qui sont ravis d' être au
ombre de leurs Clients. Convaincu que de là provient la
racieuse bienveillance, dont il vous aplu m' honorer, il y

a déjà six ans, j' avoue, que je me sens trop faible pour le reconnoître, comme il te fandroit. Je ne puis, Monsieur, que Vous prier avec la plus profonde vénération d' accepter d' un œil favorable l' offre, que je Vous fais ici & de permettre, que j' en conserve au fond de mon cœur le cher Souvenir; ainsi que de tous Vos autres bienfaits. Je reconnais que c' est pour moi une très remarquable partie de l' ignorance, dont il s' agit dans ce petit ouvrage Académique, savoir, quel a été le motif, en vue duquel Le bon Dieu m' a voulu laisser jouir de la faveur d' un si grand Patron. Que cet Etre suprême en soit loué. Je souhaite, Monsieur, qu' il daigne Vous soutenir encore de même plusieurs années à ta gloire de son Nom, pour l' utilité du Public, dont il a ressenti long-tems les effets & pour l' apui de Votre illustre famille. J' aurai ainsi occasion, si il plaît à Dieu, de jouir de cette vie à l' abri d' un si bon Protecteur.

Je suis avec les sentimens de la plus vive
reconnaissance ,

MONSIEUR

Le plus humble & le plus respectueux de
Vos serviteurs
ANDRE HELL.

Viro Admodum Reverendo ac Praclarissimo
Mag. HENRICO JOHANNI CARLBORG;
Ecclesiæ, quæ in Närpis DEO colligitur, Præpo-
sito & Pastori longe meritissimo, Patrono & Pro-
motori quovis observantiaæ cultu ætatem colendo.

Viro Plurimum Reverendo atque Praclarissimo
Mag. ISAACO PELDAN,
Scholæ, quæ Biérneburgi est, Trivialis Rectori lon-
ge meritissimo, antehac Præceptorí dexterímo, iam
Fautori, quovis honore semper prosequendo.

Viro Per quam Reverendo atque Doctissimo
Dn. HENRICO HEDEN.
Sacellano in Caughajoki meritissimo, Avunculi loco
jugi pietate honorando & colendo.

Cum aliis non suppetat modus, quo declarao-
re possim, quam alta recondita habeam meno-
te plurima a Vobis Patroni & Fautores optimi
in me collata beneficia, in gratitudinis qualemque
pignus, hocce Vobis offero levidense munus charta-
ceum; pro Vestra Vestrorumque perenni incolumio
itate Ego flore vota fundere non intermissurus,

Vestri, Patroni & Fautores

Devotus & observantissimus cultor
ANDREAS HÄLL.

Handelsman i Christina Stad/
Areborne och Högnälastad
Herr H A N S B E R G,
Min Gunstige gynnare

D E pund Gud Ehr gle/
I gräfven ei ner.
I delen så ut/
Som det Ehr är giftoit.
I giören rent slut.
Ty när man bortfar/
Så blir dock i lifvet
Hvad godt man giordt har.

Det wore stort fel/
Om jag för min del
Ehr godhet mot mig
Skull glömma ell' dölsa.
Klent prof visar sig
Af önskande siör
Guds nåd Ehr må följa/
Våd' flärran och närl!

Högnälastad Herr Handelsmans

Hörsamste Dienare
ANDKEAS HALL


Rådmannen i Christina Stad
Åreborne och högvälväktad
Herr JOHAN HÄLL,
Min högtärade Fader.

Hag än ei åger nog förmåga/
At wisa wärkligt prof därpå/
Min Fahr/ at hos mig är åhåga/
Ehr ömhet rått erkianna få.

Ty sänder jag blott dessa rader/
Och önskar at hvar lefnads dag
Gud här/ sen ewigt/ gör Ehr glader!
Men in til graftwen finnes jag/

Min högtärade Fader!

Ödmjuklydige Son
ANDREAS HÄLL.



§. I.

Homo, quamdiu sui laborat ignorantia res-
que sibi obvias sine justa spectat adtentio-
ne, gratis earum magna te gaudere cogni-
tione facile ad credendum inducitur. Hinc
eos, quorum in veritatis inquisitione singularis a-
liqua conspicitur assiduitas, stupidos esse putat,
cum tantum laboris opus habeant impendere re-
bus, quas absqve molestia sibi videtur perspexisse
penitus. Quam noxia autem perversa illa sit opi-
nio, rem adtentius consideranti facile patet. Qui
enim vana ejusmodi scientiae præsumtione imbutus
est, non tantum ob solidæ cognitionis defectum in
prælens miser est, & ipsa quoq; vanitate sua miserior,
sed etiam in eo miserimus, quod veritatis & scientiæ
penitus sibi præcludat viam. Qui autem, veritatis sin-
cero amore ductus, debitum acumen, sollicitudinem,
circumspectionem, industriam & diligentiam adhibet,
dum in eruditione solida proficit, simul discit ignoran-
tiæ metiri suam; quoq; majores in veritatis negotio

A

fecerit

fecerit progressus, eo sibi plus discendum restare detegit; adeo ut cum ipsa cognitione crescat quoque facultas perspiciendi quantum deficiat, tandem que cognoscatur exiguum esse quod homini scire datum sit. Cognitione autem haec ipsa detectus in cognitione, cuius ita participes evadunt eruditi, *ignorantia docta* dici convevit; cum doctorum ornamentum sit virorum. De hac paucis B. C. D. nobis erit agendum. Est, fateor, negotium, quod in omni scientiarum genere versatissimum requireret virum ac ingenium tubacissimum; tamen & nos, tenuitatis nostræ licet bene concii, aliquid pro virium, temporis & facultatum ratione tentare audiens; nam quid voluerint tenuiores, non quid potuerint magnæ penitentia mentes; B. ergo L, benevolam potius quam rigidam nobis pollicemur censuram.

§. II.

UT quid per doctam hanc intellectum velimus ignorantiam pressius paulo deinde indicare possum, observari in antecessum meretur, illo nomine non venire, quicquid hic vel ille doctus ac eruditionis laude clarus te ignorare fassus fuerit vel detegi posse negaverit. Praejudicium illud esset quam maxime noxiun, quo magna nihilo secius pars hominum misere laborat & eapropter vel desperatione ducta non querit veritatem, vel, si quando ei se obtulerit, stulte rejicit. Id olin impedivisse fertur PYTHAGORICOS, quo minus in multis verum perspice-

3

spicere potuerint; suum enim *āvns iPh* solidum fatis
esse existimasse dicuntur argumentum, quo eos, qui ali-
quid veri Pythagoræ incognitum, vel placitis eius
contrarium docerent, falsitatis convincere absq; ulte-
riori examine possent. De *ARISTOTEL* tantam ei-
us lectores soverunt opinionem, ut eum rotundo
ore proficerentur sibi datum, ut scirent quicquid scirent vel
sciri posset. Ea autem, quæ vel a *PTHAGORA*, vel ab
ARISTOTEL ignorata sunt vel sciri non posse cre-
dita, ejus tamen propterea non esse generis, re-
centiorum temporum liberior industria detexit.
Nec pauci numero alii sunt, quorum tantum
auctoritas valuit; adeo ut arduum omnino o-
pus adgrederer, si eos omnes, quos stulta credu-
litate ductos homines sibi hoc etiam in puncto se-
ctandos proposuisset historia docet literaria, enum-
rare conarer; ut illos taceam quorum nomina hi-
storia nescit, a quorum tamen ore pependerunt &
adhucendum hodie multi pendent creduli. Quanta au-
tem cunque fuerit hominum quorundam eruditio-
nis gloria, tanta tamen non est, ut nuda eorum
verba, quibus quid sciri posse negant, ignorantiam
doctam definire queant; quem titulum neque me-
retur, quando illud de quo hoc vel illo tempore silent
omnes, quibus veritatis investigatio curæ cordiq; fuit,
ignorare volumus. Quod si commune ejusmodi silenti-
tium, opinandi convetudini potius quam sanæ rationi
ortum debens, sufficeret, fateri tum utiq; deberemus
antiquiora secula recentioribus, sine controversia, in

omnibus longe tuisse doctiora; quippe quæ nihil de multis dicere potuerunt, quæ recentior detexit industria & variis illustravit modis, vires eadem ingenii humani non excedere luculenter satis ostendens. Neque ignorantia doctæ nomine venire potest, quando quis existimat ignorari debere ea, quæ in libro aliquo quantævis auctoritatis occurront ac contraria evidentissimis sanæ rationis principiis videntur, culpam in humani intellectus hebetudinem rejiciendo, cum perspicere nequiverit quomodo utriusque auctoritas tam scriptoris, nimirum, quam rationis manere possit illa sa; ipsa enim experientia docuit, temeraria ejusmodi pronunciata fuisse, quippe quæ, si auctoritatem libri supponamus omni exceptione majorem, utpote S:æS:æ, innixa fuisse vel interpretationi locorum ejusdem erroneæ, vel gratis creditæ rationis principiorum evidentiae deprehensa sunt.

§. II.

REmotis ita non nullis, quæ ignorantia doctæ, quatenus illa in laude ponitur, nomen non merentur, eam veram ejusdem notionem, usi suffragante, adoptamus, quod nimirum, si facultas distincte perficiendi, quid sit, quod in re s'iqua adhuc ignoramus, & distincte rationes reddendi quare alicuius rei cognitio vel in præsenti impossibilis sit, vel in posterum quoque talis mansura sit. (*) Docta dicitur hæc ignorantia, quia doctrina haud vulgari, studio summo & acutissime ad

(*) Est hoc definitio HOLMANNI; cui præterea quantum debemus, patetib[us] consulentibus Logice ejusd. §. §. 241. 242. & 243.

ad eam adquirendam opus est; quia deinde in solos doctos cadere potest, qui dum verum investigant, etiam discernere discunt, quid in re & quare illud sciri nequeat; & tandem docta cluit *com*necessariæ veritatis cognitionem distinctam compleetatur, terramque ob causam jure eodem titulo, quo reliquæ veritatis cognitio insigniri debeat; adeo ut re ipsa haud infima eruditionis humanæ pars sit hæc ignorantia.

§. IV.

Fundamentum doctæ ignorantiae quærendum est in limitationibus essentiæ humanæ, in specie, facultatum intellectualium, conditione hominis atque statu; quæ omnia sub generali nomine hominis in mundo *situs* comprehendere liceat. Homo enim, perinde ac creaturæ reliquæ singulæ, certum in systemate harmonico hujus universi locum, assignante & determinante Creatore, obtinet; quem juxta suas in systemate partes dum exequitur, unaqueque, utpote finibus Creatoris convenienter agens, perfecta & felix cluit. Cum vero limites hoc precrito homo transgredi conatus fuerit, quantumvis sub perfectionis quærendæ specie, vanus evadit & infelix; ad quod etiam respexisse videtur Ecclesiastes Cap. 7. 30. Qui ergo ahqvid quod in *sua* luo non est fundatum, cognoscere cupit, eo ipso extra naturæ suæ limites suamque in hoc mundo sp̄haram se extendit, infatuatur scientia sua & cum eane *A*lopicio umbram captat e.g. Quando quis scientiam naturæ condere conatur ex prin-

priuiciis ontologicis, vel mathematicis, posthabita experientia, atqve ita prætereundo naturam cognoscere studet naturam; vel quando earum rerum affectamus scientiam, ad quas per *situm* nostrum experientia nostra pertingere prorsus nequivit. His enim in casibus fabula de natura rerum enascitur, non scientia. Talis enim est naturalis noster *situs*, qvi limites constituit, extra quos in cognoscendo homo progreedi nequit, ut per experientiam, quæ sensibus hauritur, cognoscere debeamus naturam; sensus autem limitati sunt & determinati pro sphæra nostra & vitæ ratione, ac harmonice cæteris facultatibus nobis concessis respondent. Et scientia quidem, rite adhibitis his facultatibus & cognoscendi instrumentis, quæ adqviri potest, ut sola genuina est, ita usibus & vitæ humanæ recte instituendæ aptissima. Quo autem quis hunc *situs* hominis melius cognoherit & perpendiculariter, eo etiam distinctius percipere ac demonstrare potest, quænam illæ sint res, circa quas ignorantia docta versetur; quæ, nimurum, scire non juvat, nec per naturam licet, adeoque cognitionem eorum quærere temerarium sit.

Si vero ad *situm* adventitium respicere voluerimus, qvi statum hominis in societate cum aliis, peculiare vitæ genus, munus & officium in republica complectitur, per eum unicuique certum systoma seu determinata cognitionis sphæra assignatur, ubi pro utilitatis gradu, seu ad finem influentia, ordine

dine dispositæ partes eruditionis concepiuntur; quem ordinem qvi seqvitur, rite procedit; peccat vero, qvi alienam a *situ* hoc suo captat scientiam; docta quoqve proinde & hoc in casu dici potest ac laudabilis ignorantia, qvando qvis rite perspicit qvænam ea sint, qvæ scopo suo non interviunt, illis. qve sepositis, suam rem agit; tam amplius enim cognitionis systema singulis vitæ generibus incumbit, ut vix illi vita hominis viresqve sufficiente rite exhauriendo; si enim aliquis ultra per naturæ idotes & fortunæ circumstantias progredi posse vi- fuis fuerit, idem situs idemque scopus ampliorem, qvam primo qvis existimavit alpe&tu, recipere po- terint sphæram; modo omnia discantur ordine eis- dem maxime convenienti.

Cum vero eorum, qvæ in utroqve hoc situ co- gnitu necessaria vel saltem cognoscibilia sunt, plu- trima ignoremus, maximi quoqve est momenti ri- te perspicere posse atqve tateri nos ea ignorare qvæ re ipsa ignoramus; ne falsa scientia nobis ali- sisqve imponamus; qvæ quoqve, in relatione ad fastum inanem, quo aliqua nescire erubescunt ho- mines, ignorantia & non docta, tamen laude digna dici, meretur.

§. V.

UTilitas ignorantiae huius doctæ per omnem eru- ditionis campum extenditur, & æqve fere la- te pater ac ipsum cognitionis nostræ obiectum. I- mo solidæ illa eruditionis limites ponit ac „de ter-

minat, & simul eandem egregie promovet. Demonstratur enim eius ope I:o quid & quantum sit quod re ipsa in unaquaque re ignoremus; II:o quid pro situ nostro cognoscibile non sit; III:o quid ratione scopi & finis propositi ignorari aut possit aut debeat. Unde discimus: I:o modice de eruditione humana & modeste de nobis ipsis sentire; II:o detegere quid illud sit, cui laborem & industriam impenderem debeamus; III:o quæstiones inutiles & otiosas, quales saepius doctorum cerebra gratis vexasse videmus, ut & aliena & ad nos non pertinentia relinqvere.

Insignem proinde hancce ignorantiam eruditio-
nis nostræ partem constituere vel me tacente faci-
le qvivis peripicit, cui modo vervecum caput non
fuerit. Lubet hic apponere comparisonem, quam in-
ter solide & falso doctos instituit *Saurinus*, hunc fe-
re in fentum disserens: Notabile prorsus est, quod
qvo qvis solidiore gaudeat sapientia rerumque co-
gnitione, eo etiam de se ipso sentit modestius, vel
etiam abjectius; qui enim solida sapientia imbuti
sunt circumspete loqvuntur, caute disserunt & ad
judicium de re aliquaque terendum tardi sunt; timidius
tuas proponunt sententias & saepius ignorantiam
fatentur; abyssum enim naturæ abstrusissimum ex-
perti sunt, atqve quam facilis sit in errores, in quos
natura proni sumus, lapsus, deprehenderunt. Qvo
vero magis in eruditione solida proficiunt, eo plu-
ra sibi deesse discunt. Falsa autem eruditione tu-
midus

9

midus summa cum audacia, sine hæsitatione de omnibus differit de omnibusque judicat, omnes resolvit quæstiones; viderur sibi omnes veritates clarissime perspicere, cum intellectus ejus arctis nimium iisdemque superficiariis limitibus scientiam includat; nec amplitudinem eius metiri possit; cumque nihil alicujus momenti didicerit, nullam sibi cognitionem deesse putat.

§. VI.

Sed ut ad specialiores usus accedamus, verbo tantum indigitabimus singulas ex quatuor, quæ in Academiis vigent, Facultatibus, utilitatem haud contemnendam ex doctæ ignorantia studio capere posse. In *Theologia* enim discimus non curiosius ea rimari, quæ DÆUS revelare noluit; alioqui temeritatis pœnas daturi. Similiter quando circa considerationem miraculorum & mysteriorum in verbo DEI propositorum versamur, si distincte perspexerimus limitatum intellectum nostrum ea, talitem in prælenti vita, distincte cognoscere nequire, DEI gratia juvante, captivare discimus rationem tib obsequio fidei; certi tantum sublimarum harum rerum revealatum nobis esse, quantum sufficere judicavit divina sapientia ad obtainendam salutem æternam.

Ut ea raseam, quæ in ipsa praxi Christianismi hinc manant commoda, e. g. quod ad œconomiam divinam adtinet, ubi quis distincte cognoverit, nos consilia optima divina ignorare, usque dum sapiens eventus eadem revelaverit, beneplacito divino se

subjecere ejusdemq; sapienti bonitati penitus confide-
re, quibus cunque in casibus, discit. Vicissitudi-
nes rerum humanarum manu gubernantur divina;
vani sunt, qui ex præsenti earum forma & exter-
na specie judicant; cum in systemate providentiae
plurima nos lateant, nisi quæ exitus manifestaverit.
Quod si vel ad Theologiam naturalem oculum
intenderimus & ibidem ignorantiae doctæ locum
esse observabimus. Novimus ex. gr. DEUM, ut
summe sapientem & summe bonum nil potuisse
creare aut fieri permettere, nisi in finem certum
& optimum; cum ergo nos homines nunquam pe-
nitus perspicere posse deprehenderimus, quam o-
mnia tecum adferant utilitatem, & quomodo ea
etiam, quæ quam maxime contraria esse viden-
tur, ad finem tamen tendant optimum, (*) disci-
mus adquiescere in voluntate DEI & eo ardentius
ad reddendum ea nobis cognita, quæ ex revela-
tione haurire vel ratione fana assequi valeamus,
extimulamur.

Nec in *Juris prudentia* usus hujus ignorantiae exigu-
us est, sive legistrationem sive executionem respexeris; ita ex. gr. limites perspicientiae humanae legis-
lator adcuratissime perspicere opus habet, ut actio-
num quantitatem moralem determinare possit; ac
processum juridicalem tam præscribere, ut certa
ab incertis rite discernantur, nec suspicionibus lo-
cus
(*) vid. Reinb. XLII. Betracht. über die Augsp. con-
fess. § XV.

cus concedatur in juris administratione; similiter in applicatione legis, si judex distincte perspexerit, quid sit quod in aliquo facto lateat & ob has vel illas rationes non detegi possit, eum inde habet usum, ut vero simile a vero rite distinguere possit, vero similitudinis gradus determinare, id, quod æquum est, invenire, & tranquilla judicium ferre possit conscientia, aliosque de æquitate sua tanto felicius valeat convincere.

Medicus præterea multum ex hac ignorantia reportat utilitatis; quantum enim sibi in diffusissima & difficultima sua scientia desit rite perspiciens, eo circumspectius in praxi versatur. Novit ex. gr. non sufficere, suo ut satisfaciat officio, si unum alterumve solum sibi cognitum habuerit exemplum, ubi hoc vel illud medicamenti genus in aliquo morbo bonum habuerit effectum, nisi simul sciverit, quare eundem habuerit, qualis ægrotantis sit constitutio, morbi origo, natura & quæ aliæ sunt circumstantiæ cognitu necessariæ. Si autem hæc defuerit cognitione & tamen ob hanc vel illam rationem, le eo non pertingere posse perspexerit, incertum non faciet experimentum, cum damno ægrotantis atque sanitatis potius ulteriori detrimento quam restitutione.

Philosophus tandem cum determinare potuerit, quid illud sit in re, ad cujus cognitionem ipsa ejus indoles & aliæ circumstantiæ quemquam non sinnunt pervenire, ejus inquisitioni suum frustra non impedit laborem, sumtus vel tempus; Sed his omni-

bus ad illas res utitur inveniendas, quas nondum constat non detegi posse, sic ex. gr. quando, qualis sit corporum essentia & substantia, distincte perspicit ab homine in hoc statu non posse sciri, vel modum possibilitatis, quo multi effectus naturales producuntur, propter corporeorum minimorum & atomorum incomprehensibilem subtilitatem, quæ causa est cur in sensu nostro agere nequeant, vanis speculationibus omissis, in id, quod sensibus & ratione cognosci potest, operam suam impendit: (*) Quod si perspexissent philosophi, quam sit impossibile ex priori & præter experientiam res naturales cognoscere, non tantum laboris hypothesibus & fabulis de natura rerum condendis impendissent, sed regiae & in situ nostro fundatae viæ ac methodo insistentes, multum scientiam promovissent fœcunda multorum magnorum virorum ingenia.

§. VII.

Quo vero in cognitione rerum, solidaque eruditione insigniores fecimus progressus; eo majora etiam ignorantia hæcce capit incrementa. Plures autem sunt gradus, per quos ad culmen doctæ ignorantiae ascenditur. Huc applicari poslunt ea, quæ Menander apud Plutarchum eleganter de Græcis observat, quod primo fuerint sapientes, dein sapientiae amantes, hinc Rhetores & denique idiote. Rerum enim tere omnium quidam se esse existimant peritos, antequam veritatum campum vel aspicerunt, phantasias & somniis

(*) Confer, Hollm. l.c. pag. 243. sq.

pro veritatibus habitis. Mentem vero cum rerum considerationi applicare inceperint, mox aliquid in rebus adesse peripciunt, quod antea ignoraverunt, dignum tamen consideratione fatentur. Quantum autem & quanti momenti illud sit adhuc non cernunt, nec pristinum systema penitus rejiciunt, licet unum alterumve annulum in catena deficere videant. Paulo vero longius progressi, te pluribus in casibus cognitione rerum vana abundare obseruant; ploresque rerum naturam explicandi vias, tanquam tentando & sine firma de veritatibus pertrusione ingrediuntur. Quo magis autem in experientia profecerint, quoque animum ad res prudentius adverterint ac meditationem super illas etiam, quas se certo scire existimaverant, instituerint, eo magis etiam cognitionis suæ detectum in illis intelligere incipiunt, tandemque rationem, cur ignorentur, detegunt, & sic simal in cognitione crescent. Digna, quæ adducantur sunt verba, quibus haud incelebris quidam Philosopher. (*) se hoc expertum testatur, dicendo Non ita comparatum est cum Philosophia, ac cum artibus. Quo magis se exercuerit aliquis in artibus, eo magis earum evadit peritus; sed quo magis quis imatus fuerit res naturales, eo magis suam in illis detegit ignorantiam. Anni sunt triginta vel quadraginta, quibus philosophor, persuasissimus de certis rebus; Et ecce quod inciriam dubitare de illis. Multa pejus, dan- tur ex iisdem quedam de quibus non magis dubito, omni privatus spe me posse in illis unquam aliquid comprehende-

(*) Bernier in suis dubit. p. l.

re. Qui vero hoc experiuntur, in amplissimo eruditio-
nis campo punctum suæ scientiæ, quamvis
magnæ, exiguum satis esse deprehendunt; Haud
aliter ac *Aciabiades*, Socratis rogatu, possessiones
suas hæreditarias in Mappa quærens Geo-
graphicæ, earum ibi non invenit locum, sed didi-
cit tantas non esse ipsa re, ac sua conceperat o-
pinione. Ut itaque pater, quod etiam antea inuimus,
insignem eruditioñis humanæ partem esse ignorantiam
hancce doctam, ita nec eruditorum adeo multi
ad eam perveniunt. Plerique enim in media sub-
sistunt via vel ad devia deflectunt. Ut Arcesilaus
Platonicus, qui Socratis dicto: *Nil scio nisi hoc uni-
cum, quod nil sciam*, abulox, cum, ut ad talem, qualem
intellexit Socrates, pervenire posset ignorantiam,
excolere debuisset rationem, illi, ut & sensibus,
qui tamen sunt portæ scientiarum, fidem denega-
vit. Qui hoc & huic simili modo rebus student
cognoscendis, ne mirentur, si carere se deprehen-
dant ut incremento cognitionis ita etiam doctæ
hujus ignorantiae.

§. VIII.

Iceat nonnulla adhuc addere de utu ignorantiae
doctæ in vita communi & praxi Christiani-
smi; e. g. Cum in singulis rebus, quas considera-
tioni nostræ subjicimus multa esse, quæ sagacitatem
& perspicientiam nostram superant observaverimus,
in toto autem mundi systemate prorsus infinita oc-
currere, quæ nos ignoramus, adeo ut idem cogitan-
tibus penitus mens obstupescat; eadem vero omnia

Crea-

Creatori plana & aperiſſima eſſe ſimilque infinito plures poſſibilitates obverſari, idque non ſuccellive, ſed omnia ſimul, aliquamē inde diſcimus nobis tor- mare magnitudinis intelle&t⁹ divini ideam, cui profun- diſſima perteclifſimi Entis veneratio ſuperſtrui poſſit.

Deinde, cum nemo ob externas prærogati- vas felix haberi poſſit, niſi DEO placuerit, ac nemo vi- ciſſim ob earum abtentiam infelix, niſi DEO di- ſplicuerit, iudicandus fit; id autem, quinam, nim- rum, in eo ſint ſtatu, DEO ſoli perſpexerimus eſſe cognitum, eo majori cum circumſpectione & cauione ab intempeſtivis ut abſtineamus iudiciis de hujus vel illius felicitate vel infelicitate diſci- mus. Quando præterea perpendimus, nos, qui vi- tæ jaſt munere fruimur, prorsus ignorare quam- diu id nobis permittatur; inde intelligimus nos ſem- per paratos eſſe debere ad migrandum hinc, cum DEO ita vitum fuerit & ita proinde ſemper vi- vere ac fi mortis præſto eſlet hora.

Cum autem alios viderimus vitiis deditos & ſe eo ipſo, quantum in illis fuerit, reddere mileros, ſed ſimul animadverterimus illud adhuc latere, annon iidem ad faniorem tandem redituri ſint mentem; Haud unquam intermittimus, quantum in nobis fuerit, operam dare, ut ad meliorem eos reducere poſſimus mentem; patienti interea exſpectantes ani- mo, DEO omniscio & benevolentifimo rem to- tam committimus. & temeraria fugimus iudicia:

Paucis: ad DEI prouidentiam ut venerandam


ita

ita attenta semper mente obſervandum tanto fortius & felicius excitatur homo, quanto diſtinctius ſe ignorare perſpicit, quas ſe experiri voluerit vi-ces luminiſ ille rerum Moderator. Præterea cum bene penſitaverimus varia ex pluribus poſſibilibus occurrere poſſe, quæ ſcire in noſtra non ſicutum eſt poteſtate, noverimus autem omnia ex ſapien-tiſſima DEI diſpoſitione nobis contingentia nos ex-citare debere ad promovendum ejus gloriam, no-ſtrā aliorumque quærēndū perfectionem, in o-mnibus ſapienter & prudenter versari diſcimus ea-demque in hunc convertere finem ſtudemus.

Quo diſtinctius iterum homo perſpexerit le igno-rare quales in omnibus in quas veneſit, circum-ſtantia in anima ſua le exſerturæ ſint inclinatio-nes, eo certius & tutius eſſe videt ſibi non fidere verum DEO le ſemper commendare. Idem faciet ſimul reſpectu aliorum hominum, ut illis non tri-buat, quæ illis non competit, verum DEUM ſolum immutabilem eſſe animo jugiter teſtetur & vita.

Hinc videmus ex hujuſ veritatis conſideratione vitæ in melius mutandæ etiam ſumi poſſe motiva. Nulla veritas in le ſterilis eſt, ſed ſemper fructus producere potheſt uberrimos; modo quis eos exinde elicere ratione, qua decet, non intermiſerit, & illud ſuum eſſe agnoverit, ut ad eum, a quo omnis eſt ve-ritas, mentem ſemper debeat elevare.

O DEUS, fons veritatis, illam nobis revela veritatem, que nos docet in omnibus noſſe Te Tuāque gloriam re-pte quærere ſumma eſſe ſcientiam.



Ad Politissimum Dominum Auctorem,
Moderatorem studiorum suorum fidelissimum.

In quocunque scientiarum genus, attentionem nostram
dirigamus, ubique nobis sese offert amplissimus & vastis
sumus quidam campus rerum, quas omnes noscere, humanas
longe superat vires. Myopes heic sumus & cernimus qua-
dam, nec tamen ea penitus, & quoad intimam naturam
cognoscimus. Manet igitur ea propositio certio certior; maxi-
mum illorum que scimus, est minimum eorum que igno-
ramus. Sed non sufficit suam tantum fateri ignorantiam,
verum imprimis illa nobis inculcanda venit ignorantia,
qua nimis scimus, que a nobis ignorantur, & rationem
eius ea nesciantur, queque iure vocatur decta. Hanc
ignorantiam ozyme depinxisti & delineasti, Politissime Dn.
Kelpoidens, in presenti opere. Virtus & Eruditionis Tua
laudes canere & ext. ure non vacat, egregia enim animi Tui
dotes non possunt non omnibus esse note. Mibimet ergo
in sinu gratulari possum, de tam eruditio, tantisque vir-
tutibus ornato Informatore. Lubens fateor mearum vi-
rium non esse, pro beneficiis a Te in me collatis, quicquam
rependere, sed mihi cura cordique & fuit & est & erit
modo quocunque testari gratiam meam mentem. Lubentissime
igitur arripui hanc occasionem, utpote qua publice idem
facere mihi licet. Facile autem perspiciens quam parum
verbis prestare valeam. ad vera solum configio, velit DEUS
O M felicissimum largiri successum honestissimis Tuis co-
natus, Teque praevisis eruditionis & virtutis exornare
amplissimis, lautissimis.

Sic prolixiori animo quam calamo vobet
OTTO REINHOLD NORDSTEDT.

1873-1874 OTTO